



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 116. Comitia Cleri Gallicani jussu Franciæ Regis Turonibus coacta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

glaciato potu, crudisque pomis abstinere voluit. Nihilominus virium suarum vigor mali vim, neglectamque valetudinis curam superabat: Igitur morbo defunctus, præprimis prælium committi jussit, sed suorum nonnullis pugnae anticipis discrimen objicientibus, copias suas Mutinam versus reduci concessit, ut hæc urbs defenderetur, ejusque præsidio ipse exercitus simul ab hostium insultu tutus esset. Nihilominus Venetorum res penitus perturbabat classis suæ in Pado flumine hærentis jactura; hæc enim, cum nihil propius esset, quam ut Adriam procurreret, atque alteri classi, quæ in Athesino fluvio erat, sese adjungeret, a Ferrariensi Duce funditus disjecta fuit.

Sæcul. XVI.
A. C. 1510.

§. CXVI.

Comitia Cleri Gallicani jussu Franciæ Regis Turonibus coadta.

Quamvis Galliarum Rex Pontificiam dignitatem summo studio veneraretur, anathema tamen, cujus supra minimus, flocci pendebat, quod summus Pontifex auctoritatis suæ limites excessisset, proin illud manifeste nullum foret.

*Belc. l. 12.
n. 14.*

*Raynald. hoc
ann. n. 20.*

Ceterum, ut ipse quoque spiritualibus armis Papæ sacram opponeret potentiam, totius

Guicc. lib. 9.

Sæcul. XVI. totius Cleri sui generalem coetum primo
A. G. 1510 Aureliæ, postea Turonibus coegit, do-
 ctiorum regni sui Virorum sententiam
 rogaturus, an salva religione jus suum
 tueri, necnon pactorum a Julio violatorum
 fidem vindicare posset, ac demum quan-
 tam submissionem deferre teneretur spi-
 ritualibus Ecclesiæ armis, quæ Adversa-
 rius ejus in manibus suis teneret, illis ve-
 ro nonnisi ad tuendam injustitiam, atque
 ad negotia mere temporalia uteretur.
 Celebrata fuere hæc comitia exeunte
 Mense Septembri Anno Domino mille-
 simo quingentesimo decimo, ubi a Rege
 octo propositiones fuerunt expositæ, in
 quibus tanta elucet moderatio, ut Regem
 adhucdum erga suum maximum hostem,
 quem Julium esse credebat, indulgentia
 usum fuisse probetur; Ceterum hæ pro-
 positiones quasi quædam consultationes
 scripto exarratæ porrigebantur, quæ sin-
 gulis ferme paginis Ludovici observan-
 tiam in Sedem Apostolicam testantur.

§. CXVII.

*Articuli in comitiis Turonensibus pro-
 positi ac discussi.*

Belcar. in Igitur quærebatur. I. *An liceat Papa*
comment. rer. *bellum inferre Principibus temporalibus,*
Gallic. lib. 12 *militibus conscribere, illos alere, atque in aciem*
p. 348. *educere, ubi neque de religione, neque de sun-*
dis